

IN ROM. PONTIFICVM
carnificinam.

ET flammis & aquis crustacea numina sancta
Roma tuetur Pontifex.

Nec mirum. Hac etenim crustacea numina certe
Formant aqua, flamma coquunt.

IN NOVAM TRIADA, ECCLESIAE
Apostaticæ reatricem.

Dira Trias, pictor, pistor, pastorq; furentes
Plerosque arbitrio fert agit atque suo.

Ille Deos pingens, hic pinsens, cautior illis

Pastor, cui cibus est ille utriusque labor.

Artibus haud parvis: aliis spectacula prabens,

Dans aliis prater paruula crasta nihil.

Quam cautus, cui pro nihilo sic omnia cedunt!

Quam stulti huic dantes omnia pro nihilo!

IN EIVSDEM TRIADIS
certamen.

Indice sacrisco pictor pistorque feruntur
Artis certamen constituisse sua.

Tum pictor, Calum, terramq; hominesq; deosq;

Deniq; quod libuit, pinxerit ista manus.

Ast ego (pistor ait) quod pinso, ubi iusserit iste,

Est Christi corpus, tute quod, ecce, colis.

Corpus